APR 23 1883

№ 2. **HEDWIGIA.** 1883.

Notizblatt für kryptogamische Studien,

nebst Repertorium für kryptog. Literatur.

Monat Februar.

Inhalt: Karsten, Fragmenta mycologica. I. — Warnstorf, Berichtigung, Bryum Kaurinianum betreffend. — Winter, Ueber die Gattung Harknessia. — Repertorium: Linhart, Ungarns Pilze. Cent. 1. — Phillips, A Revision of the Genus Vibrissea. — Nordstedt, Fragmente einer Monographie der Characeen von A. Braun. — Magnus und Wille, Untersuchung der auf Herpeton wachsenden Algen. — Kühn, Paipalopsis Irmischiae. — Eingegangene neue Literatur und Sammlungen. — Personalnachrichten. — Notiz.

Fragmenta mycologica scripsit P. A. Karsten. I.

Mitrula gracilis Karst. (nov. spec.)

Apothecia sparsa, fragilia, glabra, admodum gracilia. Clavula forma varia, ut plurimum oblongato- vel rotundato-ovoidea, obtusa, sicca aurantio-brunnea, 1—2 mm. alta. Stipes filiformis, aeqvalis, flexuosus, incarnatus, circiter 2 cm. altus. Asci lanceolato-elongati, longit. 60—85 mmm., crassit. 5—6 mmm. Sporae 8:nae, distichae vel obliqve monostichae, fusoideae, rectae, guttulatae vel eguttulatae, longit. 8—12 mmm., crassit. 2 mmm. Paraphyses filiformes. Gelatina hymenea hyalina.

Ad Hypna emortua prope pagum Knjäscha Maris Albi, mense ineunte Augusto 1861, legimus.

Medium tenet locum inter Mitrulam elegantem Berk., a qva fere tantum clavula crassiori sporisqve angustioribus differt, et Mitrulam paludosam Fr., qva omnibus partibus gracilior.

Mitrula paludosa Fr. var. pachyceps Karst. (nov. var.)

A typo recedit apotheciis caespitosis, clavula crassiori, rotundato-ovoidea, 3—5 mm. alta, 1—2 mm. crassa, obscuriori nec non loco natali.

Supra acus Pini sylvestris putrescentes, tomento effuso (an alieno?) insidens, prope oppidum Fenniae: Borga, fine mensis Junii 1860 lecta.

Helvella Friesiana Cooke, Mycographia, pl. 92, f. 333 a Helvella infula Schaeff. haud specie, vix varietate, ut nobis videtur, distingvenda est, formae etenim numerosissimae exstant, qvae aeqvo jure ad utramqve trahi possunt. Sporae Helvellae infulae Schaeff., cujus icon data

in opere citato sub f. 334, eguttulatae delineatae sunt, nobis vero biguttulatae caeterumque simillimae Helvellae Friesianae sunt visae.

Peziza caligata Nyl. Obs. Pez. p. 8, Karst. Myc. Fenn. I, p. 40 a Peziza onotica, qvacum Cel. Cooke eam in sua Mycographia conjunxit, discedit apotheciis longe distincteqve stipitatis, cupulis solito integris, colore obscuriori nec non loco natali speciemqve insignem sistit.

Figura 156 Cel. Cookei Mycographiae non proponit Pezizam luteo-pallentem Nyl. Obs. Pez. p. 18, qvae, ut jam in Mycologia Fennica, I, p. 50 indicavimus, eadem est ac nostra Peziza nobilis, qvae autem verisimiliter identica est cum Peziza merdaria Fr.; saltem conveniunt specimina et Nylanderiana et nostra cum icone ejusdem a Cel. Cooke dato in opere citato sub fig. 231, a qva sane descriptio Friesii nonnihil abhorret, sed species est praesertim qvoad colorem valde mutabilis. An qvoque Peziza canina Karst. Fung. Fenn. exs. 634 (Peziza subfurfuracea Nyl.), Cook. Mycogr. f. 73 huc pertinet, e speciminibus paucis adhuc lectis dijudicare non licet.

Humaria alpina Fuck. Symb. myc. Nachtrag 3, p. 3, Humaria stercorea (Pers.) var. aurantiacoflava Fuck. Symb. myc. Nachtrag 2, p. 64, H. stercorea (Pers.) var. glacialis Rehm. Asc. 506, Peziza alpina Cook. Mycogr. pl. 38, p. 148 a Peziza stercorea Pers. * gemella Karst. Fung. Fenn. exs. 817 non diversa est varietatem tantum sistit Pezizae stercoreae Pers., ad qvam etiam, qvantum ex iconibus descriptionibusqve concludere licet, Peziza coprinaria Cooke, Mycogr. f. 149 et Peziza scubalonta Cook. et Ger., illa ad typum, haec ad varietatem, spectant.

Mustiala, fine m. Dec. 1882.

Berichtigung, Bryum Kaurinianum betreffend.

(Cfr. Hedwigia 1882, No. 2.)

Durch Herrn G. Limpricht in Breslau habe ich unter dem 8. Januar cr. folgende Mittheilung erhalten: In „Botaniska Notiser för °ar 1882, Häft 5 p. 144“ steht in einem Aufsatze v. N. C. Kindberg, betitelt „Novitier för Sveriges och Norges mossflora“ folgender Passus:

„Bryum Kaurinianum Warnst. = Mielichhoferia nitida enl. Geheeb och Kindberg.“

Diese Notiz setzt mich derartig in Erstaunen, dass ich in der That nicht weiss, was ich dazu sagen soll. Auf alles

// ZOBODAT - www.zobodat.at

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: Hedwigia

Jahr/Year: 1883

Band/Volume: 22_1883

Autor(en)/Author(s): Karsten Petter Adolf

Artikel/Article: Fragmenta mycologica scripsit 17-18